



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

53. An ova, & lacticinia sint prohibita sub mortali in ieunio  
Quadragesimali, nisi consuetudo on aliqua Provincia esset in contrarium?  
Et an saltem in diebus Dominicis Quadragesimæ ova, & lacticinia ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

lētū; disp. 5. num. 8. Sanchez in summa, tom. 1. l. 4.  
c. 1. n. 1. & 2. sā ver. Ieiunium, n. 8. Villalobos in sum. tom. 2.  
n. 13. diffīc. 1. n. 7. Vasquez in p. 2. tom. 2. disp. 177. c. 6.  
n. 14. & alii.  
6. Notandum tertio contra Llamas in 3 part metho-  
dī. c. 5. §. 26. in fine. Antonius Gomez, in explicat.  
Bull. Cruciate, clavis 7. n. 7. & alios, oua, & lactici-  
nia comedere in diebus Dominicis Quadragesima esse  
peccatum mortale. Ita Henriquez lib. 7. cap. 13. nu-  
mero 10. Vegha in sum. tom. 1. cap. 14. cas. 26. Villalo-  
bos in sum. tom. 2. tract. 23. diffīc. 8. num. 1. Sanchez  
in summa, tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 53. Sancius in selec-  
tis, disp. 55. n. 25. Rodriguez in explicat. Bulla Crucia-  
tis, disp. 8. & alii.

## RESOL. LIII.

*An oua, & lactinia sint prohibita sub mortali in ie-  
niū Quadragesimali, nisi consuetudo in aliqua Pronin-  
cia est in contrarium?*

*Et si saltem in diebus Dominicis Quadragesima oua, &  
lactinia non sint prohibita?*

*Et quid de Religiosis, qui virtute Cruciate comedunt  
oua, & lactinia in diebus Dominicis predictis Qua-  
dragesima?*

*Et an si consuetudo in Religionibus non comedendi oua,  
& lactinia in Quadragesima, ita ut obliget ad pec-  
cam mortali?*

*Enstat, quod Leo X. in Bulla incipiente Religionis  
Zelus, concedit Religiosis S. Iacobi de Spata, & Ve-  
leti, & S. Marci Legionensis, & eorum familiaribus,  
& servitoribus comedere in Quadragesima, & aliis die-  
bus anni de ore, consuetudine, aut iuxta sua statuta,  
& instituta, aut alias quomodolibet probibiti, buty-  
rum, oua, & alia lactinia, & de consilio viriisque  
Medici atiam carnes, quo prívilegio communicant aliae  
Religiones, &c. & seruat ipsa Bulla in Conventu de  
Veleti.*

*Et tandem queritur, an prívilegium perdatur per non  
sum: Ex part. 9. tract. 8. & Mis. 3. Resolut. 67.  
alias 66.*

*O* Pinionem negatiuam Fagundez, Auctores,  
qui post ipsum scrisserunt, iam refutauerunt,  
& eorum illam reprobaui in part. 3. tract. 6. resol. 80. &  
excusato reprobauit Trullench in Decalog. tom. 1. lib. 4.  
ca. dub. 12. num. 3. Sed nouissime dictam opinionem fe-  
cunt Pater Pellizzarii in Manu Reg. tom. 1. tract. 5.  
l. 1. num. 10. 21. & 12. vbi firmat, esum lacticiniorum,  
hando præcisè in iure communi, non esse sub mor-  
tali prohibitum in ieiunio quadragesimali, nisi con-  
suetudo in aliqua Provinçia est in contrarium: sed  
non ita facile statuendum est eam consuetudinem  
colligi sub mortali, quod si dicatur obligare, adhuc  
non est certum ea adstringi Regulares. Itaque secundum  
Pellizzarii, in dubio an talis consuetudo sit intro-  
ducta cum obligatione peccati mortalis, non solum  
seculares, sed etiam Regulares possunt impunè in  
Quadragesima vesci lactiniis. Sed (ne opinio Fa-  
gundez, & Pellizzarii radices figat) hæc omnia rei-  
cenda esse puto, & præter Sanchez, Sancium, To-  
lentum, Nauaricum, Rodriguez, Azorium, Henriquez,  
Béyan, Lopez, Bonacinam, & Villalobos, quos ci-  
tati in dicta Resolutione 8. affirmatiuam sententiam  
dicent Ioannes V Viggers, tr. de Temperantia, dub. 4.  
n. 17. Emanuēl Sa, verb. Ieiunium, n. 8. Ludouicus à  
Cruz, in Bull. Cruciate disp. 1. c. dub. 13. num. 4. Tam-  
biornus de Iure Abbatum, tom. c. dub. 12. q. 9. n. 5. Ghe-  
rulus in thes. verb. Ieiunium, n. 1. Ioan. de la Cruz, in  
Diffr. p. 1. præcep. 1. art. 4. conclus. 4. Bossius, de Ibilao,  
fili. 4. cas. 8. num. 33. Ioan. Henriquez in qq. Præf. sect. 16.

9.7. Castrus Palauis tom. 4. tract. 25. disp. unica, punct. 8.  
§. 2. num. 1. qui nominatim Fagundez impugnat, & ait,  
immerito hanc sententiam tenuisse, & ex eadem So-  
cietaet etiam nominatim contra dictum Fagundez in-  
surgit nouissime doctus Pater Bardi in Bull. Cruciat. p. 2. tract. 3. n. 2. sect. 1. Vide etiam ex Societate Escobar  
in Theolog. moral tractat. Lexam. 13. cap. 1. numero 102.  
Vide etiam Sanctorium, in confit. Minorum, cap. 3.  
statut. 13.

2. Probatur nostra sententia præter alias rationes  
alibi adductas, ex priuilegio Bullæ Cruciate; nam si  
lactinia non essent prohibita diebus Ieiuniorum, Pon-  
tifax non solum nihil concederet per hoc indultuū,  
sed nec debuisse excluderet personas illas Ecclesiasticas;  
dum autem eas excludit ab indulto comedendi  
oua, &c. Signum euidentis est, ab ipso Pontifice sup-  
poni prohibitionem in iure, atque adeo non supponi  
solam conuenientiam contineri in capit. Denique, quia  
sola conuenientia, seu consilium de abstinentia laetici-  
norum, non est sufficiens ad excludendas tot perso-  
nas Ecclesiasticas ab indulto viuuersi comedendi  
oua, caseum, &c. Exclusio enim parum, aut nihil ope-  
ratur, nam ipsa non obstante possent personæ exclu-  
se comedere oua; si solo consilio per Sacros Canones  
astringerentur ad abstinentium ab illorum come-  
stitione.

3. Nec obstar dicens cum Pellizzario, & Fagundez  
in cap. denique, distinct. 4. si habeti: *Par autem est, ut  
quibus diebus à carne animalium nos abstinemus, ab om-  
nibus quoque que sementinam carnis trahunt originem, ie-  
niū, a latte videlicet, & caseo, & ouis.* Ergo in dicto  
textu non continentur præceptum, sed conuenientia  
quædam, quæ significatur per illam dictionem, *Par,*  
quasi dicatur, æquum, seu iustum esse, &c. vt inter-  
pretatur *Glossa ibidem.*

4. Sed ista exppositio est prorsus abiicienda, quia  
Augustinus Episcopus, vt in declaratione notat *Glos-  
sa*, inquirens à Pontifice, an sicuti tempore Ieiuniū  
abstinemus à carnibus, ita etiam abstinere debeamus  
ab ouis, caseo, latte, &c. Et responderet Pontifex,  
quod sic; quia sicuti a carnis ita etiam est abstinen-  
tia ab eis quæ sementinam originem ab illis trahant,  
& ideo eadem *Glossa* versic. ab omnibus, sic exponit,  
quasi dicat ex quo caro prohibetur; ergo, & omnia,  
quæ de carne procedunt. Pontifex autem in hoc Ca-  
none declarat præceptum abstinendi à carnis in ie-  
niū Quadragesimalibus extendi ad oua, & lacticia-  
nia: proinde sub eadem prohibitione, & præcepto con-  
tinuerit carnes & lacticia.

5. Confitantur supradicta, ex vñ aliquarum Pro-  
vinciarum, in quibus si lactinia comeduntur in Qua-  
dragesima, afferunt Doctores, habitatores exculari à  
fractione ieiunij, ratione consuetudinis ibi introductæ  
ex rationabili causa. Ergo aperte sequitur de iure, la-  
ctinia in ieiunio quadragesimali esse prohibita; nam  
si hoc non est, Doctores, vt esum lacticiniorum ex-  
cusarent, à mortali in dictis Provinciis non recurre-  
rent ad consuetudinem. Et ita de Belgio, & Germania  
testatur Lessius l. 4. cap. 2. dub. 2. n. 8. Et Pater Amicus  
in Curs. Theolog. tom. 5. disp. 5. sect. 16. num. 359. Et Ia-  
cobus Marcantinus in qq. Pastor. p. 2. cap. 5. q. 1. Vnde  
non solum minimè admittendam esse puto hanc op-  
inionem ita absolute prolatam, sed etiam aliam opinio-  
nem Doctorum afferentium, saltem in diebus Domi-  
nicis Quadragesimas, oua, & lactinia non esse pro-  
hibita, quam opinionem, falsò bona eius venia, asse-  
rit me docere Joannes Henriquez in qq. Præf. Section. 16i  
q. 8. nam ego contrarium docui in 3. p. tract. 6. resol. 80. *Quæ hic est*  
*Ref. antec-*  
*dens 5. vi. &*  
*loquor de Religiosis, qui virtute Cruciate comedunt*  
*lactinia in diebus Dom. Ergo falsò Henriquez asse-*  
*rit, sine bulla Cruciate licitam esse comeditionem laeti-*  
*ciorum.*

sup. in tr. 3. cinctoram in diebus Dominicis Quadragesima; nam ego, ut dixi, inquit de Religiosis Iumentibus pro die sicutum, est; et sic diebus Bullam Cruciatæ: Ergo suppono sine illa hoc non esse licitum. Et nostram sententiam teneat.

Nigro Dominicus, Lunaticus à Cruz, Trullenchi Fernandez de' Mous, Corduba, Villalobos, & alij quibus non addo ex sociis Castrum Palauum &c. 4.2. tract. 25. punct. 7. n. 8. Fernandez in instru. Confess. p. 4. docim. 6. §. 1. & Bardi vbi sup. n. 63. Et idem docet dominus, & eruditus Iuris conflictus Narbona in Amalibus tarsis anno 60. q. 3. n. 4. ut obseruitur ea, ex iubaba idem.

6. Dicendum est itaque contra Patrem Pellizzarium eum onorum, & lacticiniorum esse sub mortali in Quadragesima de iure prohibitum; ne etiam stando in consuetudine, dubitandum est, illam ad peccatum mortale laicos; & a fortiori Religiosos obligare; ex presumptionibus, quas ego ex Suarez, Salas, Vigingers, & aliis alibi adduxi, quæ demonstrant talcum.

Alibi in t. 6. tr. 2. Ref. 17. & in multis aliis eius. & in Ref. præter. & in Quod ad. &c.

confutandum culpam lethalem inducere; unde dicta opinio caendum est, ne in proxim. deducatur, & maxime mili displicet id quod Pellizzarius asserit, non esse certum in Religionibus confutandis non comedendi ouia, & lacticina obligare ad mortale; hoc enim bona eius venia puro non esse admittendum, per ea quæ docet Sanctorius in Constitut. Minor. cap. 3. flat. 1.3.

7. Notandum est etiam hic pro curiosis, quod Pater Ioannes Henriquez in q. Pract. sec. 16. q. 9. Ioana de la Cruz, in l. 1. de statu Religios. cap. 6. dubio 22. conclus. 2. obseruant, quod Leo X. in Bulla incipiente, Religiosis zelus, edita sexto Kalend. Junij anni 1514. concedit Religiosis Sancti Iacobi de Spata, de Veles, & Sancti Matci Legionensis, & eorum familiaribus, & servitoribus, comedere in Quadragesima, & aliis diebus anni, de iure, consuetudine, aut iuxta sua instituta, aut alias quomodolibet prohibitis, butyrum, ouia, & alia lacticina, & de consilio virtusque Medicis etiam carnes. Quo communicant aliae Religiones, iuxta dicend. 1.2. c. 4. seruant ita Bulla in Conuento de Veles. Ita Cruz. Sed ego non video tale priuilegium apud Regulares in vnu, & quod priuilegium perditur per non sum, docet Azorius tom. 1. lib. 1. c. 4. quest. 8. Salas de leg. diff. 17. sec. 17. à num. 63. Bonacina diff. 1. tract. 7. Ref. 25. & si placet lege §. 2. & si placet lege §. eius prim. not. & si leg. Ref. & §. eius secund. verum quando priuilegia tendunt in aliorum grauanton, docet men; sed quando non redundant in grauamen aliquo repleueris rum, ut v.g. ipse asserit priuilegium comedendi lacticina, probabilius censet numquam perdi per non vnu quantumcumque continuatum; quia nulla est lex statuens hac priuilegia amitti per non vnu, leges enim statuentes priuilegia per non vnu amitti, ut l. 1. ff. de mundinis, & in Regno Hispania lib. 41. tit. 17. p. 3. l. 3. tit. 8. part. 5. loquuntur de priuilegiis quæ in grauamen aliorum cedunt, ut legenti constabit. Ergo non sunt extendenda ad hæc priuilegia. Tum quia restrictio priuilegiorum, & illorum decisio est odiosum; tum quia est diuersa ratio, siquidem in illis, quæ circa aliorum actus versantur, potest dari præscriptio; at in his priuilegiis quæ solam priuilegiorum actions respiciunt, nulla est potest. Ergo, &c. Et ita in hanc sententiam cum Palauo docet Pontius de marim. lib. 8. c. 18. §. 3. num. 1. & Suarez de legibus, l. 8. cap. 3. 4. num. 1. 6. Sed his non obstantibus, & tali priuilegio non obstante, nolo Regularibus esse auctores ut possint in Quadragesima lacticina velci; sed puto omnino standum vnu & consuetudini contraria; numquam enim tale priuilegium practicatum à Regularibus fuisse aperiissime patet. Ergo, &c. Dicendum est itaque ex su-

pradicis, prohibitum esse de iure, tam Secularibus quam Regularibus sub peccato mortali clum onorum, & lacticiniorum in ieiunio Quadragesimali, nec opinionem contrariam vlo pacto in praxi admittendam esse existimo.

### RESOL. LIV.

An in diebus Dominicis Quadragesima licetum sit comedere ouia, & lacticina? Ex p. 10. tr. 11. & Millet Ref. 46.

§. 1. Olim affirmatiuam sententiam docuit Go-

mez, & Lamas, quos statim aliqui recte impugnarunt. Sed nouissime hanc sententiam, hoc non obstante, docent Escobar de Mendoza in Theol. moral. tract. 1. exam. 17. c. 3. Ioannes Henriquez in Q. Pract. sec. 46. q. 8. & Machadus tom. 1. l. 2. p. 7. tr. 3. docim. 4. 4. vbi sic ait: Suponiendo pues; que aya obligacion, precepto que obligue a no comer lacticina en tiempo de Quarefma, segun la opinion refeta. Disputat tambien los Doctores, si este precepto aya lugar no solo en los dias de ayuno de la Quarefma, si no tambien los Domingos della. Comun opinion es, que si; porque las palabras del Texto referido comprenden a qualquiera dia, & que se prohibe la carne. Pero mas comun que no; porque no auiendo obligacion, ni precepto de ayunar los dias de Domingo de la Quarefma, tampoco le ay de abstenerse en ellos de los lacticinios. Ita ille; cui adde Maritium de San Ioseph in Monitio Confess. tom. 1. l. 2. de Ieiunio tr. 4. sic afflent: Muy probable opinion es la de los que dizan, que en los Domingos de Quarefma se pueden comer huevos, y lacticinios: porque no auiendo obligacion, ni precepto de ayunar los dias del Domingo, tampoco ay obligacion de abstenerse en ellos de huevos, y lacticinios, cuya abstinenencia se introduxo por razon del ayuno; donde se echa de ver, que los Domingos de Quarefma no son del ayuno della; es; que en su lugar añade la Iglesia los cuatro dias; que ay desde el Miércoles de Ceniza, hasta el Sabato inclusuè; y los dos que ay desde el Jueves de la Cena exclusuè, hasta Pascua, para cumplir los quarenta dias. Y confta del cap. Quadragesima de Consecrat. diff. 5. que los dias de Domingo no son quadragesimales; sic ille. Et sane sententiam Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 27. class. 6. num. 11. dicit non esse dammandam; & Trullenchi lib. 3. diff. 3. a. asserit non esse improbabilem: Quod etiam dicit Ludovicus à Cruz, in Bullam Cruciatæ, cap. 5. dnb. 3. num. 5.

2. Sed ego alibi hanc sententiam improbo; ne in iterum improbo; & caueant Auctores ne in posterum & illam vel absolutè teneant, vel tanquam probabilem admittant: Nam Sacra Congregatio S. Officij, & Sacra Congregatio Indicis, mensibus elapsis, mandantur, hanc sententiam à quodam libro delecti, ut factum fuit. Et rectè quidem: nam est contra communem sententiam Doctorum, quicquid falsò asserit Machadus vbi supra; & est contra consuetudinem totius Ecclesiæ. Et probatur hæc opinio ex cap. Denique, diff. 4. vbi est sermo de Quadragesima; & declarat Pontifex, quod in illis diebus, in quibus abstinemus à carnibus, debeamus etiam abstinerè à lacticinio; non autem dicit diebus, in quibus ieiunamus, sed in quibus abstinemus à carnibus: à carnibus autem abstinemus, non solum in diebus ieiunium, verum etiam in Dominicis Quadragesimæ.

3. Nec obstat dicere è dicto capite, quod dies Dominicis intrà Quadragesimam, non sunt dies abstinentie, ut ibi dicitur, (qui de abstinentia subtraeti sunt) igitur abstinentia, quæ in Quadragesima praecipi-